

*Abserg an refugee mortuus.*

122  
= 1696 (?) c

Pag. 1.  
48



XVII  
*IESVS, MARIA, JOSEPH.*

# IVRIS DISCVRSVS

PRO

PETRO JONCH, ET

MARIA IONCH, ET TRIAS CONJVGIBVS.

CONTRA.

## EMANVELEM PASQVAL

DE RUBINYÒ AGRICVLAM VILLÆ, ET  
Termini Calidarum de Montebovino.

Referente Nob. & litteratissimo D.D. Francisco de Rius,  
& Bruniquer Regio Senatore Meritissimo.

Actuario Francisco Brossa.

I  RÆTENSVM Reperitur ab Emanuele Pasqual de Rubinyò Agricola Villæ, & Termini Calidarum de Montebovino, vti hærede vniversali Eulaliæ Pasqual, & Trias matris suæ, quondam vxoris, Iacobi Pasqual de Rubinyò, dictæ Parrochiæ, & Termini, etiam Agricolæ: adjudicandam sibi fore, & esse cum Iurium, plenitudine, vniversam hæreditatem, & bona omnia, que fuerunt Ioannis Sabater, Agri-

A colæ

<sup>2</sup>

colæ Parrochiæ Sanctæ Eulaliæ de Ronsana, & signanter  
hæreditatem, sive Mansum nuncupatum Sabater, situm in  
Termino dictæ Parrochiæ de Ronsana; quam justificatam  
habere asserit, testamento acto 9. Februarij 2624. penes  
Cyprianum Rafart Nott. publicum Villæ Granulliariorum,  
quo præexpressus Ioannes Sabater, Dominus ( vt fatetur  
adversa ) prælibati Mansi, hæredem suum vñiversalem in-  
stituit, filium secundogenitum, legitimum, & naturalem  
Pauli Anthici Trias ejus nepotis, cui hæredi non existenti,  
renuenti, aut absque filijs, legitimis, & naturalibus dece-  
denti, substituit filium tertio genitum ex dicto nepote, &  
sic successivè reliquos filios eisdem Pauli Anthici Trias, de  
gradu in gradum, eisdem pactis, vinculis, & conditioni-  
bus suprà secundò adjectis.

2 Quod dictus Paulus Anthicus Trias, habuit in filios  
Iosephum, Ioannem, Petrum, & Eulaliam ( & relicto Iose-  
pho, vti in testamento præterito ) cæteros sine liberis obiisse  
ait, vivente Eulalia quartogenita, quorum præmortientiam  
probatam habere asseverat, ex quo dicta Eulalia Trias, po-  
stea conjugata cum dicto Iacobo Pasqual de Rovinyò, de-  
cessit 5. Octobris 1666. & Ioannes secundogenitus, & pri-  
marius hæres dicti testatoris, è vivis migravit anno 1625.  
dum erat in infantili ætate, & sic sine liberis, & Petrus ter-  
tiogenitus, abfuit à dicta Parrochia Sanctæ Eulaliæ de Ron-  
sana, anno 1651. nulla de eo usque nunc habita notitia; à  
quo tempore, usque ad annum 1666, quo, vt diximus, vi-  
tam cum morte cummutavit dicta Eulalia Trias, lapsi fue-  
runt quindecim anni; quod tempus sufficiens esse, vt ipse  
præmortuus Eulaliæ præsumatur affirmat; & ideo vincu-  
lum, seu fideicommisum in dicto testamento oppositum,  
in favorem prædictæ Eulaliæ, vti omnibus superviventibus pu-  
rificatum esse fatetur adversa; & per consequens dicto Ema-  
nueli, vti iphus filio, & hæredi, sibi adjudicandam fore, &  
esse prælibatam hæreditatem.

Sedta-

1666 ) lapsi fuerunt antedicti quindecim anni, quæ absentia per tam longum tempus , sufficiens esse, ut dictus Petrus Trias p̄emortuus Eulalię sorori sue p̄esumatur asseverat.

12 Sed certe fallitur adversa , quia fundans se in morte, seu vita alicujus, debet eam concludenter probare Mascard. de probat. conclus. 1073. num. 1. Leo decis. 72. à num. 1. Fer-  
rer in Constitut. Hac nostra declarat. 3. ad 1. tempus à  
num. 30. Font. de pactis claus. 4. glos. 9. part. 5. num. 136.  
Et tom. 2. claus. 7. glos. 3. part. 1. num. 31. Et 32. Cancer  
var. 3. cap. 1. num. 221. & non qualis qualis probatio suffi-  
cit; sed alijs efficacior requiritur , Mennoch. de p̄esumpt.  
lib. 6. p̄esumpt. 49. à num. 23.

13 Nec in casu nostro sufficit Iuris p̄esumptio, funda-  
ta in quindecim annorum absentia dicti Petri Trias , quia  
animadvertere debet adversa, quod versamur in causa mag-  
ni p̄ejudicij, & quæ magnum damnum afferre potest : ut-  
pote, in p̄eilibata adjudicatione, & revocatione possessionis  
p̄ehabiti Mansi Sabater, siti in dicta Parrochia de Ronsana,  
qui est magni valoris , & in causis magni p̄ejudicij mors  
est clarè, & specificè probanda, Peregrin. de fideicom. art. 43  
num. 40. Mascard. de probat conclus. 1074. num. 3. Rota  
Romana, in recollect. per Farinac. in vol. ultim. decis. 469  
Leo decis. 72. num. 2. Et 5.

14 Supra stabilitam doctrinam , canonizatam nostri  
Regij Senatus decisione, exemplificat Font. de pact. claus. 4.  
glos. 9. part. 5. a num. 136. in filio hæreditato à patre, in ca-  
pitulis matrimonialibus , qui ut possit agere , ad revocatio-  
nem bonorum, quæ alienata fuerunt à patre, & in ejus hæ-  
reditate admitti, debet mortem patris clarè, & specificè pro-  
bare, allegans rationem, quia agitur de magno p̄ejudicio,  
quod non' alio consistere potest, quam in revocatione pos-  
sessionis , in qua existebant bonorum patris possessores.

15 P̄ejudicium magnum in p̄esenti causa pariformi-  
ter resultat, ex longæva possessione , in qua existit pars hæc  
hære

*tari*  
hæreditatis prælibati Mansi Sabater ; cùm acquiescerit , vñque nunc in ea, à longè citra temporibus , vti succedens dicitæ Eulaliæ Sabater , & Trias suæ Ataviæ; taliter quòd non valeret reparat cautione aliqua , quia si daremus pro constanti , dictum Petrum Trias ob absentiam 15. annorum , prædecessisse Eulaliæ sorori suæ , hæc pars nunquam foret successura , nisi fateretur adversa , quòd jam posset memoratum præjudicium reparari si hæc pars probaret supervivitiam dicti Petri , quia hoc esset supponere , nostri muneris esse hujusmodi probatio , & crasse fallaretur ; quia vitam excipiendo allegans , illam non tenetur probare Font. claus. 7 glos. 3. part. 1. num. 35. ibi: Nec vitam excipiendo allegans , tenetur ad ejus probationem.

16. Tum quia prælibatam superviventiam probatam habet pars hæc , cùm pro ea existat juris præsumptio , adhuc hodiernis temporibus , scilicet quemquam posse vivere , vñque ad 70. aut 80. annos , vt fatentur communiter moderni in l. fin. Cod. de Sacrosanct. Eccles. Mennoch. lib. 6. præsumpt. 49. per tot. Cancer part. 3. cap. 1. num. 224. Roxas de incompatibilitate major part. 6. cap. 3. num. 21.

17. Aliud exemplar traditur communiter à Doctoribus in muliere , quæ habuit maritum absentem , quæ ut secundo nubere possit , requiritur , nunc , tam jure civili , quam Pontificio , quòd constet de morte mariti per certum nuntium , & per veras , & legitimas probationes , non alia de ratione , nisi quia agitur de gravi præjudicio , vt ab Imperatore Iustiniano constitutum fuit , in authentica , sed hodie , Cod. de divorcijs. text. incap. In praesentia extra de sponsalibus ,<sup>85</sup> in cap. Dominus extra de secundis nuptijs , tenet Mascard. de probat. conclus. 1074. nu. 2. Peregrin. de fideicom. art. 43. num. 41. Gutierrez in pract. quest. quest. 3. num. 4. versic. Hodie , Leo dict. decis. 72. num. 2.

18. Præexpressa doctrina , non devastatur fundamentis ab Adverba allegatis , quibus probatum habere afferit , quòd non

3

3 Sed tamen prænarratam prætentionem, triplici me-  
dio incivilem esse fatemur; quorum primum consistit, in  
defectu liberæ dispositionis preexpressi Ioannis Sabater te-  
statoris, de prælibata hæreditate, & Manso Sabater. Secun-  
dum in defectu probationis premorientię dicti Petri Trias  
ipsæ Eulaliæ, quam probare debebat adversa, ut principale  
fundamentum suæ intentionis, ut latius docebimus. Ter-  
tium fundatur in defectu validitatis Prælibati testamenti  
Ioannis Sabater, ob carentiam aditionis præhabitæ hæredi-  
tatis, & Mansi Sabater, non solum Ioannis Trias filij secun-  
dogeniti prædicti Pauli Anthici Trias, & hæredis dicti Ioan-  
nis, & Petri tertio geniti; verum etiam Eulaliæ Trias, quar-  
to genite, & Matris dicti Emanuelis agentis; ideoque ut cla-  
rius procedamus, in tres partes truncabitur discursus; in  
prima demonstrabimus, antedictum Ioannem Sabater te-  
statorem liberè, & ad suas voluntates disponere non posse  
de prædicta hæreditate, & Manso Sabater; in secunda præ-  
narratam præmorientiam dicti Petri Trias nullatenus re-  
manere probatam docebimus; In tertia nullum jus com-  
petere Emanueli agenti in prædicta hæreditate, ratione in-  
validitatis præexpressi testamenti, ob aditionis prædictorum  
defectum indicabimus.

4 Ad primam deveniendo Partem, à qua breviter nos  
expedimus, constanter defendimus, memoratum Ioannem  
Sabater testatorem, liberè disponere, non posse de prædicta  
hæreditate, & Manso Sabater; eo, quia casu quo sine liberis  
decederet ( pro ut decessit, & partes sunt in confessio ) inve-  
niebatur gravatus, illam restituendi Eulaliæ Sabater sorori  
suæ, quod probatum habere fatemur, ultimo elogio acto  
6. Septembris 1579, penes Benedictum Pla Nott, publicum  
Villæ Granullariorum, quod reperitur in processu fol. 26. te-  
le, quo Elizabet Sabater, Domina vtilis, & proprietaria  
prælibatæ hæreditatis, & Mansi Sabater, sitæ in dicta Parro-  
chia de Ronsana, hæredem suum vniversalem instituit, di-

4

etum Ioannem Sabater ejus nepotem , aliter nuncupatum  
Ioannem simplicem Sabater, cui sine liberis decedenti, sub-  
stituit Iacobum Anthicum , alium nepotem , & fratrem  
dicti Ioannis simplicis, cui similiter obeunti, substituit Eu-  
laliam Sabater, etiam neptem suam , & dictorum soro-  
rem, hujusque partis Ataviam.

5 Decesserunt sine liberis ( pro ut partes sunt in con-  
fessio ) Dictus Ioannes simplex , & Iacobus Antichus ; ideo-  
que substitutio memorati testamenti Elizabethis Sabater,  
purificata fuit in favorem dictæ Eulaliæ Sabater , quæ ma-  
trimonium contraxit cum Francisco Trias Agricola dictæ  
Parrochiaæ de Roniana , à quo fuit natus , & procreatus  
dictus Paulus Antichus Trias, eorum filius vnicus , qui suo  
ultimo elogio ( ut fatentur testes pro hac parte ministrati,  
super art. 17, ex oblatis 3. Septembris 1691. ) instituit sibi  
hæredem dictum Iosephum Trias, filium ejus primogeni-  
tum, qui à vita migravit superstite hac parte Mariæ Ionch,  
& Trias ejus filia vniqa.

6 Quibus omnibus attentis, plenè, & concludenter re-  
manet probatum, præhabitum Ioannem Sabater testato-  
rem, non posse liberè disponere, de prædicta hæreditate, &  
Manso Sabater, cùm substitutio in prækalendato testamen-  
to Elizabethis Sabater , proprietariæ dicti Mansi opposita,  
purificata fuerit in favorem dictæ Eulaliæ Trias, & Sabater,  
cui hæc pars per rectam lineam , ut docuimus successit.

7 His non obstat certificatoria obitus Eulaliæ Trias,  
ab adversa scedula oblata 11. Martij 1694. producta , qua  
probatum habere ait, prædictam Eulaliam Trias, & Sab-  
ter obiisse anno 1602. & sic prædecessisse Ioanni simplici  
ejus fratri, qui extreum vitæ clausit anno 1624. Ideoque  
præexpressum Ioannem Sabater , posse liberè disponere de  
prælibata hæreditate, & Manso Sabater fatetur adversa; quia  
facile præbemus responsum, dicendo, quod ex enarrata obi-  
tus certificatoria, non constat de morte dictæ Eulaliæ Trias  
& Saba-

5

& Sabater sororis, & neptis respectivè predicti Ioannis simplicis, & Elizabethis, quia in ea solum docetur anno 1602, decesse Eulaliam Trias, simpliciter, absque alia circunstancia, & ut probatum habeat adversa, dictam Eulaliam Trias & Sabater, dicti Ioannis sororem, dicto in anno obiisse, opus est, quod in dicta certificatoria exprimatur, dicto anno, vitam commutasse cum morte, Eulaliam Trias, & Sabater, ut ex sequentibus constabit.

8 Qua propter certiorem facimus adversantem, quod ex certificatoria, noviter per hanc partem producta, extracta à libris decimarum, communionum, & obituum in Archivo Parrochialis Ecclesie Sancte Eulalie de Ronsana, reconditis, & custoditis; constat ab anno 1582 usque nunc in eadem Parrochia Sancte Eulalie de Ronsana, diversas inventari familias, & solares de Trias: videlicet, unam nuncupatam Trias del Rieral, alteram Trias del Bosch, aliam Trias del Pla, & alteram cum solo cognomine de Trias appellatam; sive ob familiarum confusionem, evidenter resultat adversam prehabita obitus certificatoria, qua solum cognominatur Eulalia Trias simpliciter, non habere probatum dicto anno 1602, predictam Eulaliam Trias, & Sabater deceisse, cum dictum cognomen Trias, absolute, omnibus preexpressis familiis commune esse, manifestè appareat.

9 Quod majori de ratione procedit in casu nostro, quo prehabitam premorientiam Eulalię Trias, & Sabater, clare, & specificè probare debet adversa, & non in confuso, & nubibus eam adducere, quia pars hec existit in possessionem prelibati Mansi Sabater, vti succedens dictę Eulalię Trias, & Sabater; ratione cuius stat pro hac parte Iuris presumptio scilicet predictam Eulaliam Trias, & Sabater supervixisse Ioanni Sabater, ejus fratri: nam possessio hoc commodum afferit reo convento, ut inducat presumptionem melioris Iuris, & anterioritatis actus, prout in terminis tenet Sabel. in summ. divers. tract. verbo possessio num. 2, tum, & etiam

cum

6

eum sublevat, ab onere probandi titulum, & id rejicit in adversantem actorem, §. *Commodum instituta de inter l. Circa, ff. de probat.* Altograd. in terminis pramorientia consil. 69. nu. 5. Sabel. loco suprà citat. Mennoch. de präsump. lib. 6. präsump. 69. num. 1. cum pluribus quos citat, & fuisse dicemus in secunda parte.

10 Ex dictis infertur solutio alterius objectionis adversantis, qua prætendit ex meritis processus, non constare, memoratam Elizabethem Sabater, non esse dominam, & proprietariam prælibati Mansi Sabater; quia dum hoc dixit, non benè perpendidit, nec in sui animadversionem duxit, quod prædicta Elizabet Sabater in suo præpresso testamento se dominam proclamavit præhabiti Mansi Sabater, quæ enuntiativa cum sit antiqua, scilicet de anno 1579. corroborata cum antedicta possessione hujus partis dictæ enunciativæ correspondenti, plenè probat ejus dominium. Mennoch. de präsumpt. lib. 3. präsumpt. 133. num. 25. Mafcard. de probat. conclus. 106. tom. 1. num. 12. Ramon consil. 37. num. 217. non sat laudandus Senator, Nobilis Bonaventura de Tristany tom. 2. decis. 38. num. 12. qui ita deci- sum esse ait 7. Ianuarij 1684, referente Nobili Dom. Iacobo de Potau, & Moles R. S. M. in favorem Syndici, & Vni- versitatis de Dorrius, & operariorum Ecclesiæ ejusdem, contra Stephanum Collet, & alios in actis Golorons Nott.

11 Ad secundam accedendo partem, ut clarius procedamus, prælibandum est, quod prætenditur ab adversa, ex testium depositionibus, ab ipsa ministrorum, super articulo 8. ex ab ipsa oblatis 27. Aprilis 1691. plenè remanere probatum, Petrum Trias filium tertio genitum dicti Pauli Anthici Trias, obiisse vivente Eulalia Trias ejus sorore; ex eo quia asserit, ex eis constare fuisse absentem à dicto anno 1651. à prædicta Parrochia Sanctæ Eulalie de Ronsona, nulla de eo, usque nunc habita notitia, à quo tempore usque ad mortem dictæ Eulalie (cui ut diximus evenit 5. Octobris

1666)

non solum absentia 15. annorum, quis præsumitur mortuus; verum etiam quinquiennali; quia præter quod Authores ab adversa allegati, quando hoc aiunt, non loquuntur in causis magni præjudicij; immo in his contrarium fatentur; Cæterum eorum doctrinæ, non applicantur casui nostro, nec benè captæ fuerunt; quia facere debet differentiam adversa, de casu in quo remanet probatum, an absens fuerit lusor, luxuriosus, bellicosus, senex, vagabundus, debiliis corporis, aut, si se contulerit ad partem, in qua pestis, aut bellum datur, & si in bello, an multi in conflictu decesserint, aut si ingressus sit navem, quæ perierit, aut si profectus fuerit in loco longinquo, & remotis regionibus, & ibi diligenter perquisitus, & an qui cum eo profecti fuerunt, sint reversi: & de casu in quo nulla ex conjecturis prædictis, remanet concludenter probata; nam omnes Doctores, qui docent quinquiennali absentia, mortuum præsumi absentem, loquuntur in primo casu: videlicet aliqua ex prænarratis conjecturis concurrenti, simul cum suspicione mortis, & in his terminis prehabitatam prepositionem statuunt DD. ab Adversa allegati, utpote Bart. in suo tract. de testibus num. 39. Maranta in l. Is potest num. 165. ff. de acquirenda hereditate, Marcard. de probat. conclus. 1076. num. 5. Peregrin. de fideicom. art. 43. num. 44. vers. Hac tamen. Natta consil. 241. num 1. & 2. Cortiada decis. 198. num. 17. Leo decis. 72. num. 3. Andreol. controv. 6. num. 3.

19 Canonizantur prædicta ex celebri doctrina Roxas de incomp. major. part. 6. cap. 3. num. 20. ibi: *Veluti si post quinquiennalem absentiam concurrat, quod tempore quo abesse cepit, jam erat senectute affectus, vel laborabat periculosa infirmitate, vel valde debilis erat naturæ, vel suscepit navigationem in mari, vel ad bellum profectus est, vel quia licet diligenter perquiratur de absente nullibi reperiatur.*

20 Nulla ex prædictis conjecturis, remanet probata, ex meritis nostri processus; cum ex eis non constet, quo in

10

loco profectus fuit dictus Petrus Trias, nec si se contulit ad partem in qua pestis, aut bellum dabatur, nec si luxuriosus fuit, aut bellicosus, nec si debilis corporis, aut vagabundus; cum posset certam habitationem in aliquo loco habere, nec si fuit diligentur perquisitus, quod probare debbat adversa, ut Iudex adhuc arbitrari posset, presumptionem mortis dicti Petri Trias, ut in simili casu litteraliter tenet Ripoll var. cap. ult. num. 22. § 23. ut potè in eo, qui se fundat in morte absentis, cuius vita durante fuit creatum violarium, ut infra latius docebimus.

21 Imo contrariæ extant in nostro casu conjecturæ, ut dictus Petrus Trias, non presumatur præmortuus Eulaliæ sorori suæ prælibata absentia 15. annorum: videlicet adolescentia dicti Petri Trias, cum presumptione Paulo post dicens, quia ex depositionibus testium per adversantem ministrorum, super art. 8. ex ab ipso oblatis 27. Aprilis 1691. constat, dictum Petrum discessisse à patria sua anno 1651. quo in tempore, ut constat ex fide Baptismatis, solum erat ætatis 23. annorum, & per consequens anno 1666. quo decedit Eulalia Trias, solum habebat 38. annos, quæ circumstantia cum juris presumptione, quod quis hodiernis temporibus, potest vivere, usque ad 70. aut 80 annos, ut probabimus num. 16. certum est non posse dici memoratum Petrum Trias prædecessisse predictæ Eulaliæ sorori suæ.

22 Et non solum absentia 15. annorum, non potest similis adolescens viginti, aut viginti tres annorum præsumi mortuus; verum etiam, nec absentia viginti annorum, pro ut ad litteram tenet Mennoch. dict. lib. 6. præsumpt. 49. n. 28. vbi proponit casum, quo vxor alicujus absentis, stabat in possessionem bonorum mariti, & cum dubitaretur de ejus morte, ob diuturnam absentiam, ejus agnatus petebat ejus successionem, asserens illum præsumi deceisse; vxor vero dicebat, se conservari debere in possessionem, cum adhuc vivere præsumeretur, quo in casu ait; quod prudens Iudex perpendere

II

pendere, atque considerare debet, numquid à contendenti-  
bus de vita, vel morte pr̄sumptiones, & conjecturę aliquę  
probate sint, & tunc sequi debet conjecturas, quę sibi vide-  
buntur validiores; si v̄rō de vita, vel morte, nihil deductū,  
vel probatum sit, debet inquirere Iudex, cuius etatis esset ab-  
sens, quando abesse cepit, taliter quod, si quis adolescentis vi-  
ginti annorum abesse cepit, vel captus esset, à Turca, & de eo  
nihil intra decem, aut etiam viginti, & plus annos auditum  
esset, non debet tunc Iudex conjecturam facere illum dece-  
sisse; cùm experientia compertum sit, aliquos adolescentes  
captivos Turcarum, esse domum reversos post viginti, aut  
plures annos suę captivitatis, ad differentiam illius, qui abesse  
cepit, cùm esset etatis quinquaginta, vel plus annorum, quia  
tunc si de ejus vita, vel morte, non constat conjecturam  
facere poterit Iudex illum decessisse; cùm experientia quoti-  
diana doceat homines, ut plurimum hoc tempore, non ex-  
cedere septuagesimum quintum, aut octuagesimum an-  
num suę etatis.

23 Idem tenent Corn. *consil.* 195. col. 1. § 2. Bart. in  
*l. Cūm agnatos, Cod. de captiuis, Peregrin. de fideicomm.*  
*art. 43. num. 44.* qui concludunt, quod licet juvenis anno-  
rum viginti, jam recessisset à patria, & stetisset absens per an-  
nos triginta, non tamen ex hoc pr̄sumeretur mortuus, nisi  
probetur, & licet postea Peregrin. *in dicto loco, versic.* Hac  
tamen dicat, quod si juvenis steterit absens per annos quin-  
que pr̄sumitur mortuus; sed tamen loquitur in juvēne luxu-  
rioso, bellico, qui vagare cepit, & de cuius morte suspi-  
tar, ut constat ex illis verbis, ibi: *Quod si juvenis lusor lu-*  
*xurious, vel bellicosus vagare caput, § c.*

24 Ex hucusque dictis evidenter apparent devastata pr̄-  
sumptio mortis dicti Petri Trias pr̄libata absentia 15. an-  
norum, quia hec collitur, per nostram supra enarratam pr̄-  
sumptionem: scilicet adolescentem viginti tres annorum  
posse vivere, usque ad triginta octo annos; nam una pr̄-

12

sumptio per aliam tollitur, l. *Divus, ff. de integrum restit.*  
Salgad. *de supplic. ad Sanctissimum, part. 2. cap. 34.n. 190.*  
& precipue in casu nostro, quo dicta presumptio est magis  
probabilis, quam esse mortuum quindecim annorum ab-  
senta, & ideo ut fortior vincit contrariam presumptionem,  
uti debilorem, Salgad. *de supplic. ad Sanctissimum loco*  
*proxime citat.*

25 Et licet versaremur in dubio, ob concursum, seu  
presumptionum paritatem: nempe adolescentem aetatis vi-  
ginti tres annorum, vixisse usque ad annos 38. seu mortuum  
fuisse 15. annorum absentia; tamen preferenda esset pars  
haec, ut rea, & posestrix. *Speculator de jur. dela. I. 1. n. 9.*  
*Cephal. conf. 152. num. 30.* Alciat, reg. 3. *præsumpt. 44.n. 1.*  
Tiraquel. *de jur. primogen. quest. 17. opinio II. num. 2.* Sal-  
gad. *de supplic. ad Sanctissimum, loco supra citat. num. 193*  
nam possessio paritatem presumptionum ad imparitatem  
reducit, Salgad. *dict. loco num. 194.*

26 Augentur praedicta, si attenditur, quod haec pars in  
sui favorem habet, juris illa presumptio a nobis supra stabili-  
lita, scilicet quemquam hodiernis temporibus posset vivere,  
usque ad 70. ad 80. annos, & in dubio, & paritate pronun-  
tiandum est pro eo, qui habet regulam pro se. *tex. in l. fin.*  
*Cod. de hered. instituendis, l. Apud antiquos Cod. de furtis,*  
*l. Illud, Cod. de Sacrosanct. Eccles. Mantica de conject. vlt.*  
*volunt. lib. 5. tit. 15. num. 131.* Surd. *decis. 104. num. 38.* Ri-  
poll *var. cap. vlt. num. 16.* tum, & etiam si inspicitur illud  
juridicum, & vulgare in nostro jure brochardicum, scilicet  
in pari causa meliorem esse conditionem possidentis, & pro  
eo judicandum Mennoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 69.*  
*num. 7. cum pluribus quos citat.*

27 Sed ad quid affigitur pars haec, tanto juris discursu!  
Dum in favore possessoris, habet expressam doctrinam Al-  
tograd *consil. 69. n. 46.* ubi loquendo proprijs in terminis  
nostris casus, quo dubitatur ex duobus quis prius descesserit,

ob

ob vnius absentiam , sic ait : *Et solum propter absentiam dubitatur quis prius deceperit; ideo melior est conditio possidentis, qui a hoc casu ordo mortis probari potest , per testes, aut alio modo, & donec probetur interim possessori favetur.*

28 Idem afferit, dict. consil. 69. num. 36. vers. Secundò respondetur. Vbi formalissimis verbis fatetur, quòd quando ignoratur, & sumus in dubio ex duobus, quis prius vitam cùm morte commutaverit , favendum est reo convento; adeò, vt capi debet illa præsumptio ordinis mortis, quæ possessori faveret, quòd procedit etiamsi hujusmodi dubietas existat inter testatorem, & hæredem; nam etiam in hoc casu, præsumptio juris est in favorem possidentis, Bart. in l. Si inter num. 1. vers. Sed quaro, ff. de rebus dubijs, Bald. consil. 176. & consil. 216. lib. 4. & consil. 145. lib. 5. Mantica de conject. vlt. volunt. lib. 11. tit. 4. num. 7. Fusar de substit. quest. 436. num. 15. & alij quos citat Altograd. dict. consil. 69. num. 6.

29 Et quòd tollit omnem difficultatem est, quòd in casu nostro præmorientia dicti Petri Trias, à jure præsumi non potest aliqua absentia ; qua propter animadvertere debet adversa, quòd maximum extat discrimin, inter præsumptionem mortis simpliciter , & præsumptionem præmorientiae: Prima potest præsumi longa absentia ; Secunda vero, si est fundamentum intentionis agentis ( vt in casu nostro ) absentia aliqua præsumi, non valet pro ut litteraliter tenet Altograd. dict. consil. 69. num. 27. ibi : *Vnde succedit conclusio habens, quòd ubi aliquem prædecessisse, aliumque superstitem fuisse, est fundamentum intentionis alicuius, ad eum spectat probare , nec lex aliquid præsumit ; Nisi in casibus expressis in jure, aliqua particulari ratione, vel favore putata ad favorem impuberum, qui præsumuntur prædecessisse; aut ad favorem descendentiū, qui præsumuntur supervixisse; secūs in alijs in quibus non est ordo naturæ.*

30 Manifestum enim est ex dictis, quòd ut præexpressus Petrus Trias præsumatur Eulaliæ præmortuus, nullus est favor

14

favor, cùm de impubere, nec de descendantibus non loquamur; sed inter collaterales, in quibus non est ordo naturæ ut pote inter dictum Petrum, & Eulaliæ fratres, versatur tota quæstio nostra; & ideò non solum propter prædictam quindecimalem absentiam, lex aliquid præsumere non potest de prælibata Petri præmorientia; verum etiam nulla.

31 Prædicta à nobis supra stabilita, majorem vim habent si attendimus, quod nuda absentia quindecim annorum, sine aliqua ex conjecturis expressis n. 18. non est sufficiens, ut quis mortuus præsumatur; cùm ad hanc præsumptionem requiratur ad minus absentia viginti annorum cùm suspitione mortis. Cavaler. *decis.* 344. *num.* 3. Leo *decis.* 72. *n. 4.* *tom.* 1. Aymon. *consil.* 127. *num. fin.* Scobar *de ratioc.* *admin. cap.* 6. *num.* 49. Et melius *num.* 52. vbi videtur adhuc non contentari, sola absentia viginti annorum, ut quis mortuus præsumatur non concurrentibus alijs circunstantijs, & præsumptionibus; & sic pluries vidisse decimum ait, ab Auditoribus Pincianæ Cancellariæ; & adhuc in his casib[us] fit adjudicatio hæreditatis proximioribus absentis cùm solita cautione, de restituendis hæreditatis bonis, casu quo absens reverteretur, Scobar *de ratioc.* *admin. dict. cap.* 6. *num.* 49 *vers.* Quod verum intelligerem, Et *dict. num.* 52. Leo *decis.* 72. *num. fin.* vbi in casu absentiae triginta, & plus annorum hanc cautionem præstari ab actore debere ait, & sic ab eo fuisse decimum anno 1609.

32 Alia est circunstantia non mediocriter ponderanda, ut Petrus Trias nuda absentia 15. annorum, non præsumatur præmortuus Eulaliæ suæ sorori, quia ipso non præmortuo, immo vivente prædefuncta Eulalia, adversa non esset successura ad dictam hæritatem Mansi Sabater; quia cum prætendat succedere per medium personam dictæ Eulaliæ ipsa præmortua adversæ successioni locus non esset, nec nullum jus ei competere posset, propter caductionem gradus dictæ Eulaliæ, Bonden. *collect. leg.* 41. *num.* 66. Amato var.

resol.

resol. cap. 40. per tot. Vicecan. Crespi observ. 41. à num. 5.  
Peregrin. de fideicom. art. 15. à num. 32. Cancer var. part. 3  
cap. 22. num. 219. § 220. Font. decis. 475. num. 15. §  
meliùs de pact. claus. 5. glos. 10. part. 2. num. 34. § 35. præ-  
cipue in casu nostro, in quo transmissioni locus esse non  
potest, cum nullae adsint, neque adesse possint conjecturæ  
vocationis filiorum dictæ Eulaliæ, nec transmissionis indu-  
cenda in eorum favorem.

33 Doctrinæ ab adversa ponderatæ si aliqualem pos-  
sent inferre difficultatem, esset in casu, quo dictus Emanuel  
actor absolute esset substitutus, & indifferenter succedere de-  
beret dicto testatori, semper, & quotiescumque post mor-  
tem dicti Petri absentis, quia tunc licet mors, non esset tam  
plenè probata, posset intrare dictus Emanuel, cùm solita  
cautione; Adverò cum substituta, & vocata post mortem di-  
cti Petri, & qui succedere poterat, esset dicta Eulalia mater  
dicti Emanuelis; ut dictus Emanuel obtainere possit, & hæ-  
reditatem testatoris capere per medianam personam, & tan-  
quam matris hæres, ipsius superviventiam, & Petri præmo-  
rientiam clarè, & specificè probare debet, quia quoties tem-  
pus est de substantia, & decisivum quæstionis, vel vis  
consistit in tempore, tunc præcisè, & concludenter probari  
debet, Mansi. consult. 342. num. 17. tom. 4. Gratian. discept.  
foren. cap. 721. num. 33. cap. 874. num. 44. cap. 946. nu. 31.  
Merlin. decis. 496. num. 1. Rota decis. 731. num. 17. § de-  
cis. 480. num. 23. part. 13. recent.

34 Supradictis non obstat, imò stipulatur Font. de pa-  
ctis claus. 7. glos. 3. part. 1. à num. 33. vbi affert binas deci-  
siones vnam num. 33. qua fuit admissus substitutus agens,  
non plenè probata morte instituti, imò reputato pro mor-  
tuó quinqiennali absentia, alteram n. 34. qua etiam fuit ad-  
missus substitutus agens, non plenè probata morte instituti;  
quia ultra quòd decisiones ibi relatæ, sunt in casu ejusdem  
met substituti agentis, qui de necessitate post mortem ab-  
sentis,

sensis, quocumque tempore cito, aut tardius successorus erat dicto absenti, & de substituto, cuius filii non fuerunt positi in conditione, siveque valde dissimiles a nostro, in quo actor non est qui fuit substitutus, sed ejus mater per cuius mediā personam prætendit succedere absenti, & ipsa præmortua, non est successorus, ut diximus num. 32. tamen non acquiescit Fontan. his immaturis adjudicationibus, imò a nu. 39. ad 44. contrariam opinionem, tūm rationibus, tūm fundamentis iuridicis, stabilitam relinquit in sequendo Regij Senatus decisionem in terminis, quām refert tom. 1. claus. 4. glos. 9. part. 5. n. 136. vers. Hac tamen.

35 Tum quia Fontan. dict. num. 33. dict. claus. 7. glos. 3. part. 1. loquitur de absente vagabundo, qui certam habitationem aliquo in loco non habebat, & de eo qui inter compatriotas, & notos nihil fuit scitum de ejus vita postquam fuerunt reversi, & num. 34. verba facit de absente, cuius a die conditi testamenti, in quo jam non nominebatur impubes transierant 78. anni, & de substituto agente contra reum, qui sive præmortuus fuisset institutus, sive non, injuste possidebat, ut latius dictis in numeris est videre, & ideo multis de rationibus dictæ doctrinæ, non applicantur casui nostro, in quo nulla ex dictis rationibus militat.

36 Et ut adversa certior fiat sententiae, & opinionis Fontan. dict. in loc. videat eum num. 44. in quo lamentatur de eventu ratione decisionis ab eo relatæ nu. 33. qua pro mortuo fuit reputatus absens quinquiennali absentia: fatetur enim, quod non fuerunt elapsi quatuor anni, ex quo comparuit, coram eo mulier, quae erat primò vocata in testamento, conquerens, quod se adhuc viva alteri suo successori, & post eam vocato, adjudicata esset hæreditas; cui cum grave esset hæreditatem jam ut tuam semel adeptam relinquere, & restituere mille diffugijs usus fuit; taliter quod dubitebatur si multis in annis dicta mulier, quod suum erat recuperaret.

<sup>17</sup>  
37. Ex prænarratis manifestum est, locum non habere, petita ab adversanti scedula oblata 9. Iulij 1693. ut potè adjudicatio dictæ hæreditatis Mansi Sabater, ad effectum eam administrandi, uti curator dicti Petri absentis, pro tempore, quo juxta ejus ætatem naturaliter posset vivere; quia hoc est supponere, quod adversans præsumpta morte dicti Petri per longævam, & diuturnam absentiam, ei successurus est, & crasse fallitur ut diximus; non enim sufficit mortis præsumptio, per lapsum centum annorum, nec ultra, nec potiori jure, sovebitur tunc, quam ex nunc, nisi mors concludentur probetur evenisse adhuc vivente Eulalia, hancque hæreditatem adiisse; cum necessario tota hæc probatio requiratur, ut adversans possit succedere, tanquam ipsius hæres ut infra demonstrabimus.

38. Similiter omnia à nobis suprà allegata, obnubilare pretendit Adversa dicta scedula oblata 9. Iulij 1693 qua asserit prælibatam absentiam 15. annorum dicti Petri Trias remanere adminiculatam ex binis testium depositionibus ab ea administratorum, super 8. art. ex oblatis 27. Aprilis 1691 vide licet ex depositionibus Ioannis Ciurans, & Torra, & Ioannis Barbany Agricolarum dictæ Parrochie Sæctæ Eulalie de Ronsana, ex quibus fatetur libenter constare, habitam fuisse notitiam in dicta Parrochia, & esse publicam vocem, & famam dictum Petrum Trias deceisse anno 1651. in obfidence hujus Civitatis; sed tamen, quia luce clarior est, famam publicam mortis, ex eis non remanere probatam transcribi eorum depositiones, de verbo ad verbum, in presenti Iuris Discursu decrevimus.

39. Et in primis dictus Ioannes Ciurans, & Torra testis in ordine tertius super dicto art. 8. sic ait: *Que lo que ell testimoni sab, y pot dir en lo contengut en dit article es, que laume Trias fill segon de dit Pau Antich Trias pages de la dita Parroquia de Santa Eularia de Ronsana, moins anys ha, que se ausentà de la dita Parroquia de Santa Eu-*

C laria

laria de Ronsana, de tal manera, que no se ha tingut noticia de ell des del dia se ausentà, y se te per cert, que dit Iaume Trias, se perde en lo temps del siti de Barcelona, que haurà cosa de 40. anys, y se per cert ell testimoni, que si dit Iaume Trias no hagues pres alguna desditxa, seria tornat, y ell testimoni ne tindria noticia, lo que diu saber ell testimoni, tant per trobarse ell dit testimoni en dita ocaſió, y de las horas ensà, habitant en dita Parroquia de Santa Eularia de Ronsana; com tambe per eſſer tal la veu, y fama publica en dita Parroquia, sens que ell testimoni, hage ohit dir cosa alguna en contrari.

40. Ioannes vero Barbany Agricola dictę Parrochie de Ronsana, sic asserit: Que lo que ell testimoni sab, y pot dir sobre lo contengut, y enarrat en dit articulo es, que lo dit Iaume Trias, fill del dit Pais Antich Trias, pages de la dita Parroquia de Santa Eularia de Ronsana, molts anys ha que se ausentà de la dita Parroquia de Santa Eularia de Ronsana, de tal manera, que despres ensà, se ausentà de dita Parroquia, no se ha sabut mes noticias de ell, y es cert, qui si mes hagues aparegut, ell testimoni, com à tant noticiòs, del què fa en dita Parroquia, ne tindria noticia, y la comuna noticia, y judici que se ha fet de dit Iaume Trias es, que mori en lo any 1651. en lo temps fonch los siti de Barcelona, ò per lo menos à les hores desaparegué.

41. Ex quibus oculenter appetit nullatenus constare de publica fama mortis dicti Petri, imò nec de notitia mortis, que possit esse adminiculum, vt presumatur mortuus absencia 15. annorum, quia ultra quòd, non loquuntur de Petro Trias, sed de Iacobo, nec de filio tertio genito, sed de secundo, hoc vnum est, quòd hoc fatentur vagè, de credulitate, & absque certitudine, vt constat ex illis verbis prime depositionis, ibi: Sete per cert, se perde en lo temps del siti, & ex verbis secunde, ibi: Y la comuna noticia, y judici que sen ha fet de dit Iaume Trias, es, que mori en lo any 1651. en lo temps

19

*temp s fonch lositi de Barcelona, o per lo menos à les hores de-  
sapareguè; & testes de credulitate, & vagè deponentes non  
probant; Ang. in Authen. de hared. §. fal. §. Hinc nobis,  
col. 3. vers. Secundò. Mascard. de probat. conclus. 1363. n. 3. §.  
conclus. 1369. num. 46. pricipuè, si non sumus in antiquis,  
vt in casu nostro Mascard. dict. conclus. 1363. num. 21.*

**42** Et casu, quo hoc cùm certitudine faterentur, etiam  
non probarent, quia ad id, quòd attinet ad mortem dicti  
Petri, aut Iacobi, extra articulum deponunt, cùm dictus ar-  
ticulus octavus, super quo deponunt, ullum verbum faciant  
de morte Petri, nec Iacobi dicto in anno, nec alio tempore,  
sed de absentia Petri, & testes extra articulum deponentes,  
non probant Bart. in l. Si duo patron. §. Idem Julianus, de  
jur. juran. Ang. in l. 2. col. 2. de juris, om. jud. Mascard.  
de probat. concl. 1365. num. 1.

**43** Rursus de fama publica, solum deponit Ioannes  
Ciurans, & Torra, & illa, adhuc non cadit supra mortem  
dicti Petri, aut Iacobi, sed supra absentiam, quia si caderet  
supra mortem, suspectus esset de falso; cùm cæteri de tali  
fama non loquantur; & casu quo ambo deponerent de  
publica voce, & fama (quòd manifestè negatur) etiam  
fidem ullam eis tribui posset, quia in civilibus testes depo-  
nentes de publica voce, & fama, requiritur ut probent, &  
adminiculum faciant, quòd dicant majorem partem popu-  
li sic sentire, vnde fuit orta, & à quibus originem habuit;  
quin sufficiat si dicant esse publicam vocem, & famam, &  
à pluribus audivisse ut in l. De minore, §. Plurium, col. 5.  
versic. Sed quid si dixit, ff. de quaest. Mascard. de probat.  
conclus 1074. à num. 9.

**44** Et dato, & non concessso, immò expressè negato, quòd  
dicti testes deponerent de fama publica mortis dicti Petri  
 anni 1651. etiam probationem non facerent, quia tunc mors  
 esset recens, & non antiqua, vt potè de anno 1651. & hec  
 non probatur per famam, Mascard. de probat dict. conclus.

1074. num. 4. cum & etiam esset in loco viciniori, & non remoto patriæ suæ, & tunc non sufficit mortem probare per famam, cum aliæ probationes sumi possint, & testes inventi, Mascard. dict. loco num. 5. Ripoll var. cap. vlt. n. 26. in fine, Peregrin. de fideicom. art. 43. num. 42. Andreol. contro. 6. num. 3.

45 Et ut clarius patesiat, prælibati testes ullum posse facere administriculum, probationis mortis dicti Petri non cōcurrenti aliqua ex conjecturis suprà expressis num. 18. transcribere decrevi tradita à Ripoll var. cap. vlt. à num. 1. ubi assert casum, quòd cum prætenderetur pro parte Simeonis Font, Agricole Castris Sancti Michaëllis Gali, in expositione cujusdam retroclami, contra eum expositi, ratione cujusdam violarij probare mortem Fratris Michaëllis Corrons, Religiosi Beatæ Mariæ de Carmelò, cuius vita inter alias durante, fuit creatum violarium fuerunt ab eo producti tres testes, quorum primus deponebat, de absentia 14. annorum dicti Corrons, & simul à pluribus audivisse illum decesse, secundus se audivisse à Nobili quodam, qui dicebat dictum Corrons decesse. Tertius se audivisse quendam Religiosum Carmelitanum dicentem, se in Francia vidisse, quodam sepulchrum, ubi dicebatur sepultum fuisse dictum Fratrem Corrons; & hoc non obstante mors dicti Corrons, nō potuit haberi pro probata, ut fatetur dicto loco nu. 2. § 3. allegans rationem num. 23. dicendo, quòd non potuit mors dicti Corrons, dici probata, quia in dicta probatione, aliqua ex suprà allegatis à nobis conjecturis num. 18. non concurrebat, ut in dicto num. 23. est videre, ibi: Nec probaverat, cuius aetas esset dictus Corrons, quando abesse capit, nec quanto tempore haberat, quo in Loco, an in Castris, seu in bello, § si in Castris, an multi in conflictu descesserint, si vero navigavit per mare, an qui eum eo profecti sunt reversi fuerint, vel non de quibus, § similibus circumstantijs debebat constare, ut Index arbitrari posset, an ille Corrons viveret.

Ecce

46 Ecce quam majori certitudine, deponebant prælibati testes de morte Fratris Michaëllis Corrons, quām testes ab adversa producēti de morte Petri Trias & non obstante, quod ex meritis processus constabat de absentia dicti Corrons, ut ipse Ripoll fatetur *dict. loc. num. 28.* tamen prædictæ testiū depositiones, non potuerunt facere adminiculum, ut ejus mors cūm dicta absentia diceretur probata, non concurrenti aliqua conjectura ex præexpressis *num. 18.* igitur multo minus in casu nostro, prælibatæ depositiones de credulitate, absque certitudine, & sine alia circumstantia possunt facere adminiculum, ut mors dicti Petri Trias, possit haberi pro probata cum absentia 15. annorum.

47 Et licet postea *num. 28. d. cap. ult.* asseveret Ripoll, quod sententia lata mense Octobris 1625. fuit conclusum, & sententiatum in favorem dicti Simeonis Font., & quod mors dicti Fratris Michaëllis Corrons, fuit habita pro probata; sed tamen non quia prælibata absentia, cūm dictis testiū depositionibus, sufficiens esset, ut pro mortuo haberetur dictus Corrons, ut ipse fatetur *num. 2. 3. E 23* sed quia se absentavit major sexagenario plusquam 26. annis, ut in dicto *num. 28.* est videre; Ideoque sola ætas plusquam 60. annorum cūm prælibata absentia 26. annorum fuit causa, ut pro mortuo haberetur dictus Corrons, & non absentia 26. annorum cūm dictis testiū depositionibus, & recte, quia ut toties diximus, & præcipue *num. 16.* homines, ut plurimum hoc tempore, non excedere 75. aut 80. annum suæ ætatis, & eo in tempore, dictus Corrons habebat plusquam 86. annos, quæ absentia, & ætas, longè distat à cau- nostro, quo ut sèpius loquuti fuimus, memoratus Petrus Trias abesse cœpit, cūm ætatis esset 23. annorum, à quo tempore, usque ad mortem dictæ Eulaliæ, solum habebat 38. annos, ideoque manifestè videtur, præhabita absentia dicti Trias, cūm dictis testiū depositionibus, sufficiens non esse, ut prænortuus dictæ Eulaliæ reputetur.

Ad

48 Ad tertiam perveniendo partem, aliud fateamur esse medium, non mediocriter exclusivum, prætentionis adversæ, scilicet defectum validitatis, prælibati testamenti Ioannis Sabater, saltem quo ad institutionem, & ejus effectus, qui fundatur in carentia aditionis suæ hæreditatis, non solum Ioannis Trias hæredis ab eo instituti, & Petri Trias absentis, ejus substituti; sed etiam Eulaliæ Pasqual, & Trias ultimo loco vocatæ; si enim tritum est in nostro jure, quod si ex testamento, non aditur hæreditas per hæredem scriptum, nil ex eis, quæ scripta sunt, quo ad institutionem, & ejus effectus valet? *l. Si nemo, ff. de testamentaria tutela, Cancer part. 1. cap. 4. n. 56.* *¶ 66. cum seqq.* quanto minus valere poterit, præhabitum testamentum, in quo non solum hæres scriptus adivit verūm, nec substitutus, nec ultimo loco vocatus?

49 Maximè in casu nostro, in quo agens, agit ut hæres ultimo loco vocati, ut potè prædictæ Eulaliæ Pasqual, & Trias, ad quem, ob prædictam aditionis carentiam, prælibata hæreditas transmitti, non potest, cum hæc non adita regulariter, non transmittatur ad hæredes, immo habetur, ac si delata non fuisset, *l. Si ex pluribus in principio, ff. de suis, & legitimis hæredibus, l. Si infanti, Cod. de jur. deliberandi, l. Vnica s. in novissimo, Cod. de cad. tol. Cancer part. 3. cap. 21. num. 3.*

50 Nec in casu nostro, aditio dicti Ioannis hæredis instituti, & Petri absentis, nec Eulaliæ Pasqual, & Trias, præsumi valet, quia hæc nunquam præsumitur, sive hæreditas sit opulenta, sive damnosa, sed ab allegante, & ab eo, qui in ea fundatur, est concludenter probanda, ita ut nec inducatur per actus equivocos, Gratian. *discep. foren. cap. 706. num. 27. cap. 711. num. 54. cap. 733. num. 3.* *¶ cap. 752. num. 22. Magon. decis. Flor. 64. nu. 33.* *¶ decis. 148. n. 3. ¶ seqq. Cavaler. decis. 431.* *¶ decis. 452. per tot. Surd. decis. 339. num. 17. Rota part. 10. recent. decis. 141. num. 1.*

littera-

23

litteraliter Sabel. *in summa divers. tractat. verbo aditio,*  
*num. 1.*

51 Et licet ab adversante deducatur, ipsi competere restitutionem in integrum, *ex capite Iusta ignorantia*, ad adeundam prælibatam hæreditatem, qui hanc competere ait, cuicunque hæredi venienti, ex persona hæredis defuncti, non adeuntis ob ignorantiam suæ institutionis, quod procedere fatetur, tam ex generalitate dispositionis, *text. in l. Non solum ff. de in integrum restitutione*, ubi hæredi conceditur restitutio, quæ defuncto concederetur si viveret, quæ ex particulari *text. in l. Panthonius 85 ff. de acquirenda hæreditate*, *Fontan. decis. 484. num. 11. Cancer part. 3. cap. 21. num. 19.* & 196. & quod si prædicta Eulalia Pasqual, & Trias, ignorans non fuisset, adivisset, quia hæreditas opulenta, & non onerata præsumitur adita, quia non præsumitur, quem velle omittere lucrum, sibi delatum, *Gratian. discept. foren. cap. 78. num. 17. vers. Præterea, & num. 30.*

52 Sed tamen, quidquid sit de prædicta doctrina adversa fallitur in supposito: supponit enim, prædictam Eulaliam Pasqual, & Trias, habere ignorantiam suæ institutionis, & certè non sufficit illam supponere, sed eam probare debet; quia licet, regulariter ignorantia facti alieni præsumatur, *ex cap. Præsumitur de reg. jur. in. 6.* tamen hæc præsumptio locum, non habet, quando est fundamentum intentionis agentis ( ut in casu nostro ) *Cavaler decis. 151. à num. 1. Mandel. consil. 18. per tot. Barbos. de axiom. jur. axiom. 113. num. 12. Card. Tusc. litt. I. conf. 23. per tot. Sabel. in summa divers. tract. verb. Ignorantia, num. 1. vers. Quod cum, & in verb. Transmissio, num. 2. vers. Quod, Rosa Romana part. 16. recent. decis. 407. num. 2. & 3.*

53 Et non quomodo cumque, eā probare debet, ut ex ejus capite ei concedatur restitutio in integrum; nam opus est, ut eam probet, verosimilem, & undequaque probabilem, & non labefactatam, aliqua scientiæ præsumptione, aut suspicione

24

pitione negligentiae, Decius consil. 272. in fin. versic. Nec obstat, Hond. cons. 83. num. 69. lib. 1. & cons. 80. n. 62. lib. 2. Odd. de restitutione in integrum part. 1. quæst. 38. art. 16. num. 60. Giurb. decis. 91. num. 3. Cavaler. decis. 151. num. 5. Altograd. cons. 94. num. 14. cum alijs: nam stantibus conjecturis scientiae ignorantia, non est probabilis, nec verosimilis, Bart. in l. Si cui, §. 1. num. 3. vers. Hoc probabo, ff. de accusat. Odd. de restitut. in integrum, quæst. 36. art. 6. num. 56. Cavaler. dict. decis. 151. num. 6.

54 Crassa enim ignorantia, & supina, non est idonea, ut alicui concedatur prædicta restitutio integrum, Surd. decis. 221. num. 14. in fine, Decius consil. 29. in fin. Pariss. cons. 16. num. 239. lib. 2. Cavaler. dict. decis. 151. à num. 2. nam hec pro scientia habetur, cap. 2. de tempor. ordin. tn 6. ubi glos. in verb. Affectata, Cavaler. dict. decis. 151. num. 5.

55 Plurime extant in casu nostro conjecturæ, quibus probatur memoratam Eulaliam Pasqual, & Trias, habere scientiam suæ vocationis, quarum prima trahit originem, ab ipso testamento, quod statim innotescere solet, præcipue inter conjunctos, ut erat prædicta Eulalia, quia testamenta statim solent aperiri, & publicari, Decius in l. Is qui in Provincia, §. Quod si stipulatus, ff. Si certum petatur, Castr. consil. 94. num. 2. Altograd. consil. 94. num. 17. præcipue in Parrochijs, extra muros præsentis Civitatis existentibus, ubi die epuli funebris, sive exequiarum invitantur, omnes defuncti propinquij, in quorum præsentia publicè legitur defuncti testamentum; & haec præsumpta scientia admittitur in conjunctis, etiam respectu eorum, quæ consistunt in actibus momentaneis, Nevizan. consil. 84. n. 15. in fin. & num. 16. Merlin. decis. Lucen. 70. num. 50. Altograd. dict. consil. 94. num. 20. & 21. & signanter si attenditur, prælibatum Ioannis Sabater elogium, non esse antiquum, cùm a die conditi testamenti, vñque ad diem, qua dicta Eulalia Pasqual, & Trias decessit solum elapsi fuerint 42. anni.

Secun-

25

56 Secunda scientiæ conjectura, consistit, ex quo agitur de bonis magni momenti, quo in casu non est verosimilis ignorantia, Hond. dict. cons. 83. num. 49. lib. 1. præcipue in persona, quæ in eis succedere potest, aut ex eis commodum sentire, Mennoch. de præsumpt. lib. 6. præsumptio. 23. n. 84. & in ea præsumenda debet inspici verosimilitudo, Hond. conf. 80. num. 49. § 50. lib. 2. adeò ut si ignorantia, non sit verosimilis, præsumitur scientia ad effectum excludendi restitutionem in integrum, Hond. dict. consil. 80. lib. 2. n. 51. Fusius Altograd. dict. consil. 94. à num. 21.

57 Tertia scientiæ conjectura resultat, ex quo dicta Eulalia Pasqual, & Trias erat prædicti Ioannis Sabater testatoris consanguinea, ut potè ejus neptis, & consanguinitas est magna præsumptio scientiæ, text. in l. Octavi, ff. Vnde cognati, Anch. consil. 170. num. 5. Surd. decis. 4. num. 7. § decis. 221. num. 9. Altograd. dict. consil. 94. num. 19. § 20.

58 Quarta, & ultima scientiæ conjectura verificatur, ex cohabitatione prædictæ Eulaliæ Pasqual, & Trias, in Parrochia Sanctæ Eulaliæ de Ronsana, vbi testator, & eorum consanguinei habitabant; & vbi eorum bona existebant, & per consequens non est verosimile, non conversari de ejus bonis, quibus fuerunt relieta. & in ejus testamento, qui instituti, & qui substituti erant, & ex cohabitatione, & conversatione inducitur præsumptio scientiæ, Surd. decis. 221. num. 8. vers. Pro domino, in fine.

59 Nec prælibata Eulaliæ Pasqual, & Trias ignorantia, potest dici probabilis, ex quo fœmina esset, quia agitur de lucro captando; ut potè de acquisitione supradictæ hereditatis, & Mansi Sabater, & in lucris ignorantia in fœminis, non præsumitur, Mennoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 23. etiam si foret juris, text. in l. Error, Cod. de jur. § fact. ignor. text. in l. Regula, in principio, ff. Eodem. Altograd. dict. consil. 94. num. 33. § 34.

60 Et quod auget difficultatem est, quod in presenti non  
D agitur,

agitur, quod Ioannes Trias, qui fuit primus heres institutus à dicto Ioanne Sabater, ut debeat beneficio, dict. I. Panthonius 85. de acquirenda hereditate, nec de Petro absente ejus substituto, nec de Eulalia ultimo loco vocata, sed de Emanuele, ut herede dictæ Eulaliæ, & in hoc casu jus petendi restitutionem in integrum, difficilius transmittitur juxta tradita per Altograd. consil. 94. num. 62.

61 Neque subsisteret, si adversa ad probandam prædictam Eulaliæ ignorantiam suum offerret juramentum; quia quando contra ignorantem, adest aliqua præsumptio scientie, & quando agitur de præjudicio tertij (ut in casu nostro) ignorantia, non probatur juramento. Sabel. in summ. divers. tract. verbo: *Ignorantia*, num. 3. Mascard. consil. 881. num. 12.


62 Ex dictis, remanet etiam totaliter devastatum, aliud adversantis, restitutionis in integrum fundamentum, quod sibi competere fatetur, ex dicto capite, *Iusta ignorantia*, adversus præscriptionem longissimi temporis, imò inficitur, semper ei obstare nostram præscriptionis exceptionem; quia ex quo probabimus, prædictam Eulaliam Trias, non habere ignorantiam saltem probabilem suæ vocationis, evidenter resultat, ex dicto capite restitutionem in integrum, sibi competere, non posse, adhuc adversus præscriptionem longissimi temporis; etiamsi suum offerret juramentum, Mascard. de probat. consil. 881. num. 10.

Quare, &c. Salvo semper, &c.

*PALLEjà, ET RIERA V.I.D.*

## СОБРАНИЕ

СИЛЛАВЫ ВОСТОЧНОЙ АЗИИ ВЪ СЛУЖБѢ  
СИЛЛАВЪ СИЛЛАВЪ



СИЛЛАВЪ СИЛЛАВЪ  
СИЛЛАВЪ СИЛЛАВЪ

СИЛЛАВЪ СИЛЛАВЪ  
СИЛЛАВЪ СИЛЛАВЪ

СИЛЛАВЪ СИЛЛАВЪ  
СИЛЛАВЪ СИЛЛАВЪ

СИЛЛАВЪ СИЛЛАВЪ  
СИЛЛАВЪ СИЛЛАВЪ

СИЛЛАВЪ СИЛЛАВЪ

СИЛЛАВЪ СИЛЛАВЪ

# ARBOR

FAMILIAE DE SABATER PARROCHIAE SANCTAE EVLALIAE  
DE RONSANA.

Elizabeth Sabater proprietaria  
Mansi Sabater condidit te-  
stam. 6. Septembris 1579.

Joannes Sabater obiit anno  
1575. & sic prædecessit  
eius matri.

Joannes aliter nuncu-  
patus simplex mortuus  
absque filijs condidit  
testamentum 1624. vi-  
gore cuius agitur.

Jacobus Antichus,  
qui etiam sine  
filijs dece-  
sit.

Eulalia, quæ matri-  
monium contraxit  
cùm Francisco  
Trias.

Paulus Anthicus Trias  
filius ejus unicus

Josephus Trias fi-  
lius primogenitus.

Joannes Trias  
filius secundo  
genitus, dece-  
situs 1625. cù  
ætatis  
esset 2. annorū.

Petrus Trias  
natus 18. Junij  
1628. absens ab  
anno 1651.

Eulalia Trias, co-  
jugata cum Iaco-  
bo Pasqual de Ru-  
binyó obiit 1666.

Maria conjug-  
ata cum Petro  
Jonch reo con-  
vento.

Emanuel Pasqual  
Actor.